

398

ORDINIS MEDICORVM
IN UNIVERSITATE LIPSICA
H. T.
PROCANCELLARIUS
D. ANTÓNIVS GVILIELMVS PLAZ
THERAP. P. P. ORD. FACVLT. MED. DECANVS
DECEMVIR NATION. SAXON. SENIOR
MAIOR PRINCIP. COLL. COLLEGA. ACAD.
IMPERIAL. NATVR. CVRIOS. SOCIVS
ACAD. H. T. RECTOR
PANE GYRIN MEDICAM
AD D. XIX MAII A. R. G. MDCCCLXXV.
INDICIT
DE
VINCIBILIBVS MEDICORVM SECANTIVM ERRORIBVS
PRAEFATVS.

Anat.

A.

24,58

Diss. Anat. 113

OPERA IN EDICORVM

ALIAS ETATIARUM IN SIRIIS

AVITIACONCORDIA

PETRONIVS.

Quid valeant leges, ubi tanta inficitia regnat?

ИАКОВИИ ИЯУГИА

УЧЕНИЯ ОБЩЕСТВОВОДСТВА

СУДОВОДСТВА

ИАКОВИИ ИЯУГИА
УЧЕНИЯ ОБЩЕСТВОВОДСТВА

СУДАВОДСТВА



Vti nobilissimum vtique medici est officium, vt-
 pote vitae atque sanitatis humanae curam ge-
 rentis, atque in hoc summo, quod morta-
 libus datum est, beneficio conseruando;
 omnem artis suae laudem quaerentis, ita
 non minore ea propter quoque eminere videtur ipsius scien-
 tia dignitate, quod ipsi soli, dum de criminibus iudican-
 dum est, plena habenda sit fides, quandoquidem ab ipsius
 sententia, coram iudicis foro ferenda, vita aut mors, mi-
 tior aut severior reorum poena penderet. Quo grauius hoc
 medici forensis est munus, et quo plura atque summe in-
 tricata saepe occurrunt in causis coram iudice civili geren-
 dis momenta, non nisi a medico disquirenda, consignanda,
 decidenda, eo quoque maiore cum studio id agendum esse,
 per se patet, vt ne minima quidem de parte quidquam
 aut committendo aut omittendo peccetur, quod et in ipsius
 opprobrium cadat, aut favorabiliori sententiae, cum res

A 2

aliter

IV

aliter imperaverit, opportunitatem subministret, crimini-
busque patrocinetur, aut citra rationem et necessitatem, iu-
dicem ad seueriores poenas statuendas compellat. Sola enim
vitiorum, hac in re commissorum culpa, in medicum ca-
dit, iudici nullo modo imputanda, vt pote medici relatio-
nibus nixo, quo errante, iudex quoque errat, sed inscius
errat. Quantumuis vero medico etiam, vt homini, non
omnis error probrosus esse possit, cum innumerae sint con-
ditiones, in quibus, omni licet adhibita industria, non ta-
men semper cuncta ita detegere aut explanare licet, vt euen-
tus vbiuis cognitioni et ratiociniis respondeat, indeque, re-
ctissime sentiente GALENO, nunquam *hallucinari*, supra *ca-
ptum hominis* sit, + haec tamen, quae ad *inuincibiles* errores
pertinent, semper prudentiorum habebunt veniam, cum
vero in errore *vincibili* versatus fuerit medicus, nunquam
ignorantiae aut negligentiae carebit vituperio. Nihil iam
quidquam de temeritate commemorare lubet, nimium
certe foecunda per quam multorum atque gravissimorum er-
rorum et matre, et infelicissima subinde progenie, cum
hanc ab ingenuo et rationali medico procul abesse suppo-
nam, hoc potius paucissimis comprobaturus, quod non
raro illi, quibus in publico sic dictorum physicorum vrbi-
corum aut prouincialium versandum est munere, et quibus
haud superficialis esse debet peritia, quoniam non exigua
ipsorum in rebus forensibus est auctoritas, tamen in offi-
cio suo administrando ita leues deprehendantur, vt plus vno
monitorio ad rectius agendum, atque curatiorem industriam
adhibendam compellendi sint. Nolo in omnibus medici
forensis

+ GALENUS Libr. III. in Prognost. Hippocr.

forensis requisitis, singulatim hic recensendis fusior esse, neque, quid in quolibet casu forensi peragendum sit, tae-
diosius repetere, cum adeo multa et solida eruditione pree-
stantia, super hoc argumento prostant scripta, ut ex iisdem
abunde instrui possint, qui reipublicae doctrina factisque
aliquando utiles fieri cupiunt. † Ipsa summa rerum, a me-
dico in foro peragendarum gravitas, virum ab omni infirmitate
praeiudicio, leuitate et oscitantia prorsus alienum cupit;
non enim hic de febricula, aut vacillante dente, aut de len-
tigine, similibusue minutis, consilia aut iudicia petuntur,
sed de rebus ad publicam sanitatem et securitatem, priua-
tam publicamque famam, criminum disquisitionem, cet.
pertinentibus. Sunt morbi epidemicci, simulati, grauidi-
tas, partus occultatus, vulnerationes, et sexcenta alia ex-
ploranda, maxime vero, quod solum scriptiunculae huius
esse volui argumentum, super causis mortis violentioris,
foetibus potissimum illatae, iudicia ferenda occurunt, tanto
frequentiora, quanto saepius in criminis huius occultatione
et excusatione, ad ingeniosissima effugia expeditissimas esse
impudentissimas matres, Actorum iudicialium fide constat.
Non certe adeo pauca, neque ambigua forte sunt signa, ex
quibus de vita et morte, mortisque causis, foetibus ap-
plicatis, cognosci possit; cum enim variis violentio-
ribus modis in vitam recens natorum defraueniri, aut et-

A 3

iam

†) Praeter alia quam multa scripta, commendasse sufficiet BOHNII li-
brum *de medici clinici et forensis officio*, Lipsiae 1701. editum; HE-
BENSTREITII *Anthropologiam forensem*, Lips. 1751. editam, LUD-
WIGII *Institutiones medicinae forensis*, ab Excell. BOSIO Lips. 1774.
editas, MICH. ALBERTI *Iurisprudentiam medicam*, Halae 1725.
editam.

iam subtiliore malitia mors induci soleat, perquam multa
utique prostatibunt indicia, industrii inclagatoris accuratio-
nem, dummodo peritus et attentus satis fuerit, sollicitatura
atque commendatura, ita, ut ex uno pluribusue externae
violentiae vestigiis, manifeste edoceri possit, an, et qua ra-
tione corpori foetus mortifera facta fuerit iniuria, cum vel
contusiones, fugillationes insigniores, crux effusiones,
vulnerationes, ossium variae violationes, e. s. p. *sensibus*
aperte pateant, aut sola funiculi umbilicalis neglecta deliga-
tio, iustissimam letalis haemorrhagiae inducta dare possit
suspicionem, per ulteriorem internarum partium lustratio-
nem ita confirmandam, ut exinde, an istis causis etiam ef-
fectus responderint, constanter decerni queat. Vti nempe
haec signa plane praeteriisse, aut inficitiam, aut summam le-
uitatem indicat, ita non minus negligentiae accusandus erit
medicus, si quidem in sola ipsorum enarratione acquiescens,
ipsorum cum interioribus partibus comparationem instituere
praetermisserit, cum certe ex sola istiusmodi externalrum lae-
sionum, aut quarumcunque demum praeternalium mu-
tationum enumeratione, nihil quidquam certi conficiatur,
nisi, quo usque penetraverint, quales partes affecerint, et
qualibus effectibus sese prodiderint, exploratum fuerit.
Quam exacta in his indiciis tam indagandis, quam etiam
dijudicandis, opus sit et anatomica et physiologica peritia,
nemo quidem nescit, cum sine hac, neque rectus partium
situs determinari, neque de functionum laesarum grauitate
apte pronunciari possit. Neque vero in uno forte aut al-
tero istiusmodi signorum, aut indicando aut disquirendo
acquiescendum esse, vel me non monente, per ipsam rei
necessitatem patet, cum potius omnium, quaecunque ad-
sunt,

sunt, ratio habenda sit, quandoquidem tum ex plurium concursu, certiora concludendi peti possunt fundamenta, tum quandoque leuius quoddam visum signum, magnum habere potest pondus. Omnium maxime, summae negligentiae error in eo positus est, si quidem in vita et respiratione foetus exploranda, vulgatissimum illud in pulmonibus instituendum experimentum, quod ne tirones quidem ignorant, posthabetur; etiamsi enim de foetus morte adeo certo constitisse videatur, ut nullum superesse credatur dubium, medici secantis tamen est, ut non ex aliorum relationibus, sed ex ipso corpore delicti, atque ex pulmonum conditione, an mors vere ante partum contigerit, sciscitur, quod, cum praeter alia signa neglecta a quodam non fuisset factum, in causa quadam dubia, merito defectus fundamentorum decidendi, ab Ordine nostro hisce desideratus fuit:

Hierzu koemmt, dass von denen secantibus, wie noethig, die Lungen Probe, leider nicht unternommen worden, und also aus Mangel des corporis delicti, nichts gewisses zu bestimmen ist.

In ea re praeterea errari poterit a secantibus, si quidem nonnulla, sibi sufficere visa momenta, vt cunque enarrauerint, in reliquis tamen, non minus ad vltiorem facti probationem vel maxime pertinentibus, vel plane nihil commemorauerint, vel superficiali saltē, nimiumque succincta relatione, quam parum attenti in adeo ardua causa fuerint, comprobauerint, indeque iusta aliquando haec fuit reprehensio:

Dass

VIII

Dass die, bey Untersuchung des cadaueris anzustellende gehoerige Sorgfalt, nicht allerdings durchgaengig beobachtet worden, immassen, ob der funiculus umbilicalis, der nur als unverbunden angezeigt wird, abgeschnitten gewesen oder nicht, und, wenn ersteres geschehen, in welcher Laenge derselbe noch an dem umbilico gehangen, aus dem ueberaus kurzen Sections-Berichte nicht zu ersehen ist; wie denn auch, ob die vasa insigniora vom Blute voll, oder an demselben leer gewesen, nicht angemerkt, der Kopf, um etwa eine innerliche violenz zu entdecken, nicht croefnet, die inspection des Zustandes derer viscerum abdominalium ebenfalls, wie sich doch wohl gebühret haette, unterlassen worden cet.

Complicatae porro quandoque occurunt mortis, foetibus illatae, causae, quarum quaelibet, peculiari non solum indiget exploratione, verum etiam, vtra praeter altera, an vero vtraque simul, pari grauitatis gradu, mortem induxerit, tum ex laesionum qualitate, tum ex partis laesae conditione atque maiore minoreue ad vitam necessitate, per physiologica principia diiudicandum est. Quodsi v. g. funiculus vmbilicalis haud diligatus repertus fuerit, aliaeque in simul comparuerint laesiones, suspectae laesionum indicia, praeter harum indagationem, non solum indicandum erit, qua distantia funiculus ab umbilico propenderit, sed an acuto instrumento resectus, an vero praeruptus fuerit; non minus omnium insigniorum vasorum habitus sollicite disquirendus, et, an plenaria, an vero aliqualis tantum inanitioadfuerit, adnotandum erit, cum neutquam vniuersali praeiudicio statui posse existimandum sit, letalem ex neglecta hac deligatione haemorrhagiam ortam fuisse, quoniam,

quoniam, vti alio a me demonstratum fuit tempore, † variae concurrere possunt circumstantiae, sanguinis ex arteriis umbilicalibus profusionem impediturae, aut ipsius etiam imminutionem, citra mortis periculum imperaturae, in qua re non circumspekte satis actum fuisse, ex Responso quodam a nobis dato, intelligi poterit.

Dennoch aber und da, die über die Section gemachte Registratur, fol. 10. sequ. und der Sections-Bericht fol. 21. welcher auch verschiedene neue Umstände angiebt, die in jener nicht enthalten, sehr mangelhaft zu seyn scheinen, indem weder die Laenge der Nabelschnure, und die Art und Weise der Abloesung dieser Schnure, naemlich ob sie abgerissen, oder mit einem scharfen oder stumpfen Instrumente durchschnitten gewesen, noch auch der Zustand derer grossen Blut-Gefäesse beschrieben, und auch nicht gesaget worden, ob, und wie viel Blut in denen um das Kind befindlichen Lappen gewesen, und wie fest oder locker diese Lappen selbst um das Kind gewickelt gewesen; So koennen Wir,

Ob des Kind Tod, aus der, in dem medicinischen Berichte fol. 21. angemerkt haemorrhagie, und der unterlassenen Verbindung der Nabelschnure erfolget,

gestalten Sachen nach, nicht mit genugsamten Gründen, und in causa sanguinis noethiger Gewisheit bejahen; Vnd, da zwar, nach fol. 21. einige contusiones, und davon entstan-

† In Programmate, de non semper mortifera funiculi umbilicalis neglecta deligatione, 1774. edito.

*standene Auflauungen in dem Gesichte, ingleichen die Dun-
senheit an dem hintern Theile des Halses, eine vorhergegan-
gene gewaltsame Ursache vermuthen lassen; So koennen Wir
doch, weil die secantes den Kopf nicht geoefnet, und
dahero auch den Zustand derer inneren Theile des Kopfes,
nicht, wie sie allerdings haetten thun sollen, beschrie-
ben, auch, wo das in thorace hinter der Lunge befindliche
Blut hergekommen, nicht angezeigt haben,*

*Ob die sich gefundenen contusiones, einige Gewaltthaetig-
keit, so ebenfalls den Tod befoerdert, vermuthen lassen,
mit noch wenigern Grunde etwas gewisses, in Ansehung de-
rer Verletzungen, und daher erfolgten toedlichen Wirkun-
gen bestimmen.*

*Et, si quidem eorum errorum exponere luberet se-
riem, qui passim contra omnem naturalem partium situm,
atque anatomicam possibilitatem, aut etiam physiologica
praecepta committi solent, copiosissimam omnino hac de re
dicendi futuram materiam, perquam variae secantium te-
stantur relationes, neque animaduersione carentes, neque
leuem defensoribus opportunitatem subministrantes, qua
corpus delicti, vtpote vitiose plane descriptum, non im-
merito in dubium vocari, atque error iste in reorum fau-
rem verti solet. Ita vero aliquando ab extero medico, in
viscerum situ indicando erratum fuisse, ex monito nostro
constabit:*

*Wie Wir denn nicht unberühret lassen koennen, dass in dem
Sections-Berichte, die Mitz hinter das mesenterium, wi-
der*

der alle natürliche und anatomische Ordnung, gesetzt worden.

Aduersus physiologica vero principia etiam peccari solere, sequens docebit specimen:

Da die vacuitas vasorum hepatis et cordis, sehr unbestimmt angegeben wird, indem der Physicus sehr widersprechend, und der Circulation des Blutes ganz entgegen, in dem Herzen vom Blute nichts mehr als kleine Stückgen wie Hirsen - Koernergen, zwischen denen lacertulis hangend, entdecket zu haben spricht, fol. 10. gleichwohl aber nicht alleine alle Gefäesse und sinus im Kopfe, vom Blute sehr angefüllt, gefunden zu haben, sondern auch, dass bey der Durchschneidung derer aus dem Kopfe kommenden Adern, von oben her, eine beträchtliche Menge Blutes herausgelaufen, saget, als welches gewiss, vermoeg seiner eigenen Schwere, durch diese Gefäesse, in die Hoelen oder auriculas cordis würde geflossen seyn, da es aus denen über der Lunge unterbundenen und durchschnittenen Gefäessen, in beträchtlicher Menge herausgelaufen;

So koennen Wir, gestallten Sachen nach, aus diesen Acten, weder die Art des Todes, noch wer an dem Tode des Kindes Ursache gewesen, mit Zuverlaessigkeit entdecken.

Complures praeterea sunt errores, in ipsis relationibus, tam quoad ipsa visa reperta, quam quoad momentorum descriptionem occurrentes, dum aequiuocis, ambiguisue, nonnulli secantes uti consueuerunt vocabulis, aut contradic-

ditionibus etiam commissis, factorum certitudinem maxime obscurant, aut etiam postliminio nonnulla relationibus suis inferunt atque supplant, quae in sic dicta registratura iudicali desiderantur, cuius tamen pleniores fidem esse, quoniam praesente iudice, scabinisque, omnia a scriba iurato consignata fuerunt, nemo quidem ignorat, adeo ut, si quidem in hoc argumento, per varia exempla, non levem profecto vim, parum tamen forte gratiae habitura, comprobando, copiosiori esse luberet, scriptiunculae huius limites facile exempliari posse, haud quaquam dubitandum sit.

Sed reuocare potius conduceat calamum, ne modum excedat haec prolusio, breuis monitorii saltem vice funtura, quo secantes, pauculis hisce speciminibus, ad officii sui partes, in rebus adeo grauibus assidue explendas, commoueantur, ne vel iustum publicamque correctionem, imo reprehensionem, parum certe honorificam, ferant, vel caufarum patronis, minutissima quaevis momenta, nedum insigniores errores, in sui suorumque clientum commodum vertere scientibus, argumenta suppeditent, in exculpatiōnem criminum impendenda, nulla certe ratione ipsis profutura, si quidem medicus debitae accurationis obseruantior extiterit, semperque meminerit, se ad veritatem eruendam, iudicemque instruendum, neutiquam vero confundendum, vocatum atque constitutum esse.

Ad veri medici laudem obtinendam, non sufficere, non nullorum saltem artis huius capitum superficiali instructum esse cognitione, recte intellectus, qui publice iam commendandus est.

VIR

VIR
**CLARISSIMVS ATQVE DOCTISSIMVS
 DOMINVS
 GOTTLIEB HIERONYMVS CHRIST.
 PESCHEL,**
 MEDICINAE BACCALAVREVS DIGNISSIMVS,

qua propter in omnibus medicae scientiae partibus, tam theoreticis quam practicis, affidua industria colendis, omne tempus academicum ita impendit, ut cum fiducia in publicum nunc prodire queat, atque post probatissima doctrinae suae specimina, Ordini nostro data, dignus iudicatus fuerit, cui summorum honorum praemia decernantur. Quali vero nobili proficiendi contentione, studiorum suorum emensus fuerit cursus, brevibus, vti moris est, ipso Candidato ita ad nos scribente, significare conueniet.

Natus sum Freibergae, anno huius seculi quinquagesimo, Februarii die quarto, patre *Ioanne Christiano*, scholae Eusebiana Catecheta, matre *Maria Elisabetha*, e gente *Huebelia*, quam superstitem esse, laetor. Prima religionis et litterarum elementa accepi a parente. Post huius praematuram mortem, in Gymnasium urbis patriae receptus, ibidem in omissis humanioribus litteris enutritus sum a Clar. *Fritschio*, b. *Gebhardo*, *Kresselio*, b. *Harzbachio*, *Hueblero* b. *Luthero* et b. *Bidermanno*. Simul usas sum domestica institutione auunculi Cl. *Huebelii*, nunc ad templum Academicum Lipsiense Concionatoris vespertini. Quorum omnium

in me instruendo sollertiam et industriam nunquam obliuioni dabo. Anno huius seculi sexagesimo nono Lipsiam adii, et d. XX. Maii a Magn. *Plazio* fasces Academiae tum temporis tenente, in numerum ciuum Academicorum relatus sum. Hic itaque auditor adfui b. *Winklero* vti in vniuersa Philosophia, ita potissimum in Physica, Specatiss. *Borzio* in Mathesi, S. V. *Ernesti* Historiam Catholicam et Ciceronis *Orationes Verrinas* explicanti, Ampliss. *Moro Xenophontis* memorabilia Socratis interpretanti, b. *Gellerto* super arte scribendi differenti. In addiscendis disciplinis medicis Praeceptores habui Exp. *Leonhardi* iun. in Chemia Experimentis illustrata, Exp. *Platnerum* in Medicina Forensi, Exp. *Hassium*, in Osteologia, reliquaque Anatome, Physiologia et Exercitiis Examinatoriis et Disputatoriis, b. *Reichelium*, in Materia medica et de Oculis exponentem, Exp. *Gehlerum* in Mineralogia, Chemia et Arte obstetricia, Exp. *Krausium* in Osteologia, Anthropologia, Praxi Clinica, Chirurgia et doctrina de morbis oculorum, Excell. *Bosium* in Anatome, Physiologia et Medicina Forensi, qui me etiam examinando, disputando et elaborando exercuit, copiamque mihi fecit, aegros in nosocomio visendi. Excell. *Pohlii* scholas Anatomicas frequentauit, et ab eodem examinando, disputando tentatus et in dissecandis cadaveribus instructus fui. Magn. *Plazius Boerhaauii* Aphorismos et historiam Medicinae mihi explicuit. Magn. *Ludwigium*, cuius nomen mihi et post fata acceptum est, audiui Methodum doctrinae medicae, Botanicam, Pathologiam, Therapiam, Praxin Clinicam, Chirurgiam, modumque formulas medicamentorum concinnandi exponentein, eiusdemque scholis examinatoriis et disputatoriis interfui. His Praeceptoribus omnibus sempernas me esse habiturum gratias,

gratias, memoriamque eorum sanctam esse seruaturum, pollicor. Grato etiam animo nunquam non venerabor insignem erga me humanitatem atque benevolentiam Exp. Heinii, quo duce per triennium non modo eorum, qui in orphanotropo Div. Georgii detinentur, sed et aliorum aegrorum curam habui, cuiusque monitis confirmatus, ea quae ab optimis Praeceptoribus percepit, vsu cognoscere potui. Neque mihi deesse voluit Summum Numen beneficia, quibus res mea familiaris sustentaretur. Gratosus enim Medicorum Ordo me, superato Examine consueto, ad sortem admisit, et hac fauente, maius Syluersteinianum Stipendium mihi concessit. Eadem in distribuendis stipendiis erga me usum esse benignitate Amplissimum Senatum vrbis patriae, gratus profiteor. Ab Exp. etiam Neefio, Medico apud Dresdenses clarissimo aliquod ex legatis a maioribus suis Stipendiis accepi. D. IX. Nov. A. MDCCCLXXI. peracto Examine Theoretico, Baccalaurei honoribus ornatus sum. Sequentis anni d. III. Aprilis Exp. Haasio, defensor dissertationis publicae de *Gangliis Nervorum*, adstiti. A. MDCCCLXXII. Exp. Sartorio summos in arte nostra honores, nomine Collegii Examinatorii quod sub Praesidio Excell. Bosii floret, gratulatus sum scriptione de *Haemorrhoidum laude circumcidenda*. Eiusdem anni mense Augsto, Lectiones pro Licentia, de *Peripneumonia* habui. Huius ipsius anni d. VIII. Aprilis Examini Practico me subieci.

In hoc examine ita ad quaestiones practicas *Recte* respondit, ut veniam nanciseretur, ex cathedra medica *de cura conualescentium ex febribus acutis*, moderante Exc. Pohllo, gravissimo Ordinis nostri Seniore differendi.

Vltimo

XVI

Vltimo hoc officio peracto, nihil supererit Candidato nostro, quam vt illustrioribus quoque erornatus titulis, ad res in posterum praeclarious peragendas excitetur. Quapropter pro ea, qua clementissime instructus sum, Procancelarii auctoritate, ipsum in summos inaugurobo honores, ipsique plenam dabo Licentiam, Doctoris in arte medica gradum capiendi Diclus est huic solennitati proximus *Veneris dies, XIX. Maii*, in qua Panegyri, quantum medicina iurisprudentiam praecellat, exponere tentabo, omnem tamen prolixioris atque taediosi sermonis errorem vitaturus. Rogatos ea propter, obseruantissimis atque humanissimis precibus cupio PRORECTOR EM ACADEMIAE MAGNIFICVM, COMITES ILLVSTRISSIMOS, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMOS, nec non GENE-ROSISSIMOS NOBILISSIMOSQUE VNIVERSITATIS NOSTRAE LITERARIAE CIVES, vt me beneuola sua audientia dignari haud grauentur, atque de gratissimo Ordinis mei, meoque animo, pro hoc insigni fauoris documento, nobis tributo, publice quoque significando, nulli dubitant.

P. P. Dominica Cantate A. R. G. MDCCCLXXV.



LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.

Anno A 225, 58